



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Statvta Concilii Hipponensis Breviata, Et Qvaedam Eorvm in Concilio Carthaginensi cum Byzacenis episcopis collata, & diligentius pertractata, haec sunt: Nicaeni Concilii professio & fides recitata & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

STATVTA

CONCILII HIPPONENSIS

BREVIATA, ET QVÆDAM EORVM
in Concilio Carthaginensi cum Byzacenis episcopis
collata, & diligentius pertractata, hæc sunt:

*Nicæni Concilii professio & fides recitata & confirmata est,
quæ ita se habet.*

Sequens fidei Nicæne professio alium interpretem sapit, quam
superius habita; præterquam quod nonnulla addita aut adempta
esse liquido constat.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omni-
potentem, visibilem & inuisibilem facto-
rem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, filium Dei, natum de patre vnigenitum,
homouision, hoc est, de substantia patris, Deum
de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo
vero, natum non factum, vnus substantiæ cum
patre, per quem omnia facta sunt, siue quæ in cæ-
lo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines,
& propter nostram salutem descendit. Incarnatus
est, homo factus est per virginem. Passus est, & re-
surrexit tertia die. Ascendit in cælum, venturus
iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum san-
ctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non e-
rat, & priusquam nasceretur, non erat: &, quia
ex vllis non extantibus factus est, aut ex alia sub-
stantia, dicentes mutabilem & conuertibilem fi-
lium Dei; hos anathematizat catholica ecclesia, &
apostolica disciplina.